



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Quos fructus aduersa valetudo pariat. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

nus causam esse negat, cur ij, qui
 ita viuunt, dicant, Cras enim mo-
 riemur. Iam enim eos mortuos
 esse, ac mortuos suos sepelire ait.
 Eodemque modo item Augu-
 stinus de iisdem loquens, Illi, in-
 quit se adhuc cras dicunt mori-
 tuos. Veritas autem illos iam
 cum ista dicunt inuenit mortuos.
 Vos autem, filij resurrectionis,
 caute imitari eos, qui cras spe-
 rando moriuntur, & hodie bi-
 bendo sepeliuntur. Talis nimi-
 rum erat Sabinianus ille, quem
 his verbis Hieronymus infecta.
 tur, Deum ventrem vis habere
 pro Christo, seruis libidini, glo-
 riaris in carne & confusione tua,
 & quasi pinguis hostia in mor-
 tem propriam saginaris.

*Pad.
cap. 1.*

*Serm. 23.
de verb.
Apost.*

*Hiero.
epist. in
Sabin.*

Quos fructus aduersa va-
 letudo pariat.

b iij

S A C R A

II.

*Q*uis, bona quot nobis, quot morbus commoda se
*A*fferat adueniens, commemorare queat?
*F*astus abit, cadit ambitio, fugit ardor habendi:
*C*um ludis fugiunt turpia verba procul.
*A*ngitur ob noxas mens irrequieta priores:
*N*ec liber sceleri cursus, vt antè, datur.
*E*rgo (breue vt faciam) sic sano corpore viue,
*V*icturum vt spondes, cum malè corpus habet.

S C H O L I A.

- Lib. 7.* *Quis bona quot nobis*) Plini⁹ sec
epist. dus, posteaquam in epistola qu
 dam multa vitia enumerauit,
 quibus ij, qui ægrotant, morbo
 beneficio vindicantur, eam tan
 his verbis claudit, Tales esse sa
 perseueremus, quales nos futu
 ros profitemur infirmi. Ambro
In Psal. sius certè morbum virtutum o
 36. ficinam appellare non dubita
Nanz. Vnde etiã illud refert Gregori
epist. 66. Nanzianzenus, quod cum Phil
 grij hortatu, qui aduersa valetu
 dine laborabat, in explanatione

psalmi. 72. de piorum calamitati-
bus, atque impiorum rebus secū-
dis, lōgam orationem habuisset,
ille repente lecto exurgēs, Deum
ita alloqui cœpit. Gratias ago ti-
bi, Pater, ac tuorum hominum
creator, quòd de nobis etiam in-
uitis ac repugnantibus bene me-
rearis, ac per externum homi-
nem internum purges, atque per
contraria nos ad beatum finem
ducas. Vide etiam de hac re epi-
stola. 16.

De misero & calamitoso hu-
ius vitæ statu.

12.

Infantem tumida mater dum gestat in aluo,
Carceris in tenebris conditus ille iacet.
Sic quoque vitales miseri dum carpimus auras,
Orbos nos rigidus lumine carcer habet.
At si certa fides, si spes in funere sancta,
Sincerusque Dei nos comitetur amor:
Nil erit angustum nobis, nitidumque beate

b iiij